Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 10ma

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

Secundo dirimit matrimonium propter homicidium unam cum adulterio coniunctum ut si vir occidat suam uxorem ut possit cum sua adultera matrimonium inire (secus si occidat maritum adulterae ita Victoria de matrimonio et alij contra Sanchez l. 7. d. 78. n. 8.) vel si adultera fuit machinata mortem in uxorem adulteri cum quo adulterium commisit (sive fidem matrimonij dederit sive non dederit) colligitur ex capitulo super hoc et ex cap. significasti de eo qui duxit in matrimonium quam polluit Sanchez n. 9. [illegible] et alij. Hinc sequitur non oriri impedimentum dirimens si adultera suum maritum occidat quaeritur etiam in hoc puncto alij contra sentiant nec requiritur conspiratio utriusque et adulterium debet esse factum adhuc vivente occidendo sicut etiam homicidium actu perpetratum esse debet et adulterium perfectum [illegible] sciatur ab utroque et debet esse notum utrique quod hic et nunc adulterium perpetrent secus non foret si foemina vo: putaret se cum libero cum soluto

Tertio dirimit matrimonium propter adulterium etiam sine homicidio iunctum tamen cum promissione matrimonij futuri vel de praesenti esto post adulterium contractum sit ita colligitur ex capitulo finali de eo qui duxit in [illegible] sive adulterium praecesserit promissionem matrimonij sive sequatur modo promissio illa non sit retractata seu revocata vel matrimonium de facto solutum quando adulterium sequitur debet item promissio matrimonij et adulterium fieri eodem matrimonio constante ita Sanchez l. 7. d. 79. n. 5. debet etiam promissio esse externa et ab altera parte acceptata nec sufficit si sit ficta tantum promissio sed debet esse vera et absoluta ut advertit Henriquez l. 12. c. 14. n. 3. contra alios quoad in hoc negotio tacere nec consentire nec acceptare debet cum sit promissio de re onerosa. debet denique adulterium esse factum utroque sciente ita ut uterque sciat se hic et nunc adulterium committere nec sufficit inchoatum sed debet esse consumatum adulterium uti bene docet Phili: T. 30. ra: 2. neque etiam sufficit promissio unius complicis nisi alter etiam repromittat non sufficit solum adulterium ad hoc impedimentum incurrendum sed debet etiam adesse promissio matrimonij. Quaestio de disparitate cultus sive de [illegible] dirimente.

Quaestio Decima

De

Disparitate Cultus sive de impedimento

Dirimente

F. 4.

Disparitas cultus reperitur inter fidelem seu baptizatum, et inter infidelem non baptizatum. ideo non valet matrimonium quod contrahit

fidelis cum infideli coniuge, ex iure Ecclesiastico concilii Toletani capitulo 10° et extra decisione Ecclesiae ad nostra tempora durante. Ceterum cum haereticis et Excommunicatis illicitum quidem matrimonium inire initum tamen sive contractum est validum, excipe ea loca in Germania et Gallia in quibus viget haeresis ubi etiam licite inire potes matrimonium cum haereticis ex consuetudine modo non sit periculum perversionis quod ex periculum lege subest ita recte docent communiter: D 31. n. [illegible] Sanchez L. 7. D. 72. n. 5.

Quaeres quando et quibus de causis solvi possit matrimonium fidelis cum infideli. R. 1mo. dissolvi matrimonium quando infidelis coniux non vult habitare cum coniuge fideli. 2do solvitur hoc matrimonium quando infidelis quando infidelis vult quidem habitare cum coniuge fideli sed non absque iniuria salvatoris id est non absque peccato in deum vel proximum sollicitando coniugem ad infidelitatem patet utrumque ex prima ad corinthios 7timo ubi Apostolus dicit, quod si infidelis discedit discedat non enim servituti subiectus frater in huiusmodi imo etiam si velit cohabitare sine iniuria salvatoris sitque ipse nolit converti etiam per hoc solum matrimonium dissolvitur et quidem statim postquam monitus ut se convertat ad fidem converti non vult ita docet Sanchez L. 7. D. 74. n. 9. et D. 75. n. 2. contra alios qui putant non solvi tale matrimonium nisi per aliud matrimonium initum per conjugem maritus verum: cuius coniux infidelis ad fidem converti non vult statim aliud matrimonium inire vel celebrare permanere, nec obstat illud 7mo ad corinthios 7timo ubi idem apostolus dicit, nam ceteris dico ego non dominus si quis frater uxorem habeat infidelem et haec consentit habitare cum illo non dimittat illam. R. n. haec verba non dimittat illam eo tamen de consilio non per praecepto licet contrarium sentiat apostolus. Est de vi seu metu septimo impedimento dirimente.

Quaestio iima.

De Vi seu metu 7timo impedimento Dirimente

Matrimonium initum per vim seu metum gravem contrahentium illatum irritum ac invalidum est iure Ecclesiastico modo metus sit iniustus et incussus ab extrinseco seu a causa libera et ad extorquendum matrimonium etiamsi non ab eisdem contrahentibus sed a tertia quadam persona metus ille incussus sit, ita colligitur ex capitulo veniens de sponsalibus et matrimonio c 2. n. 5. Philiatro T. 10. parte 1. n. 104. Porro quis gravis, quis levis metus dicendus sit, relinquitur iudicio viri prudentis habita ratione illius cui incutitur metus matrimonii